D... phi Empyreum lumine sanctita-
tis resplendens.

EMPYREUM
LUMINE SANCTITATIS
RESPLENDENS
D. ELIAS
PROPHETA
Sacerrimi Ordinis Fratrum Beatissimæ
VIRGINIS MARIÆ
DE MONTE CARMELO
PATRIARCHA
&
FUNDATOR
Redeunte Festivo Die
In Basilica Sacratissimi Corporis CHRISTI
Celeberrimi Conventûs Posnaniensis
PP. CARMELITARUM strictioris Observantiæ
A
M. Iosepho Choynacki in Alma Universitate Cracoviensi Philosophiæ Doctore, in Academia Posnaniensi Matheseos & Poeseos Professore
Sermone Oratorio
PUBLICATUM
Anno quo
Empyreums Salutare generi humano lumen demisit. 1737
Die 20. Julij

POSNANIÆ Typis Academicis.

IN INSIGNE
SACERRIMI ORDINIS CARMELITANI



I.

Dextra gerens gladium, terras defendit & Aras.
Ignis comburit noxia fata Bonis.

II.

Dum populis allucet Olympus ſidere trino
Nubila diſpereunt clarior aura manet

III.

Terris; ſub trino ſtellarum lumine claro,
Tempora proveniunt, ſors quoq; multa favet.

AD MODUM REVERENDO ac EXIMIO in CHRISTO PATRI

P. ELIÆ

a S. FRANCISCO

PROVINCIALI, ac DEFINITORI GENERALI,
ADMODUM REVERENDIS IN CHRISTO

PATRIBVS,

DEFINITORIBUS, EX- PROVINCIALIBUS,
CUSTODI PROVINCIÆ, PRIORIBUS, S.T.HL.

Ac

Aliis PP. Celeberrimi F.F.B.V.M. de Monte Carmelo Strictioris Observantiæ ad Ædes sacratissimi Corporis CHRISTI Collegii Posnan:

PATRONIS COLENDISSIMIS

Empyreum Lumine Sanctitatis Resplen: dens ELIAS *Div: nullibi cõmodiùs can didissimos virtutum suarum disten- dit splendores quàm sub* Phæbeis *sacræ Reli: gionis Vestræ Umbris.* ADMODUM REVERENDI ac EXIMII *in* CHRISTO PP. *Ita convenit ut auricomum Phæbum minora sequantur sidera, & non alibi, nisi in Æde luminosa eidẽ famu- lentur. Princeps & Protoparens Vestrûm* ELIAS *de tanta ex mirabili Sanctitate meruit luce, ut ab illa splendidissimæ Orbi Christiano diffundan- tur parallaxes. Gelida Empyreum caret glacie ri gidos non fovet aquilones, nec turbidum susti- net Eurum. Empyreum Cœlum est serenissimum crassa nubila pellens; & Lumina tribuens pera- mæna. Quidquid de proprietatibus Empyrei*

minùs exculto adduxi ſtylo, ſingulæ dotes iſtæ, in Protoparente Veſtro eluceſcunt. Noſcuntur celeres ex ſublimi ad Cælos volatu aquilæ, ex a ſtris conjecturantur dies, & lilia ex odore com probantur. Docent Philoſophiæ dogmata, rela tionem; filios dicere ad Patrem: Optica; nitidos à ſole radios provenire affirmat, & omne diapha- num à luminibus procedere aſſerit uniformiter. Apparet Virtus paterna in filiis, imò quidquid patriæ convenit dignitati, hoc totum filiali ad a- muſſim correſpondet propenſioni. Eximium Opti- mi Patris Prototypon, Sacrata de Monte Car- melo appellaris Religio: in Te, velut in ſpeculo pu- pilla vultum; Eliana admiratur orbis merita. Publicatîs Protoparentis Veſtri elogiis, cum exigua laboris pagella ante erudita Veſtrûm RR. PP. *feſtino Tẽpora, poſtulando; ut Laudes Fun- datoris Veſtri* ELIÆ *à me adoratore Illius Vo- bis oblatæ affabili excipiantur Fronte. Primã ad Te converto dictionem, tanquam ad celſam Carmelo impoſitã Baſim* Ad modum Reverende ac eximie in CHRISTO P. ELIA à S. Franciſco S Th. Le- ctor, FF: B. V. M: de Monte Carmelo ſtrictioris Obſervan- tiæ PROVINCIALIS digniſſime, ac DEFINITOR Ge- neralis. *Juſtè Paterno* ELIÆ *gloriaris Ethymo: in Te enìm zelus pro DEO & fervens in promo- vendo Reginæ Cæli honore non ceſſat deſiderium.* ELIAS *Spiritum Propheticum cõmunicavit Eli-*

ſæo,

ſæo, Tibi patrium in munere reddidit nomen. Flexerat averſum à DEO, Regis Achab animum ELIAS *Propheta, tua Vitæ integritas, ita Dynaſtarum adhæret menti, ut, verus erga Te favor eorum non mutetur. Fulſit Cælum humeris Atlas Tu non brachiis at manibus caſtis ſtellatum Olympum ſuſtentas. Tertiò Provincialis regimen tenes dignitatis, ut ſignum perfectionis demonſtres in Virtute. Laudat Stagyra ex animi præſtantia Ariſtotelem, Polona Provincia Te prudentiſſimum nacta eſt Theologum, longè nobilioris ingenii Ariſtotele. Manifeſtant Theologicos labores tuos typographicæ columnæ, ac immortalis gloriæ præparant Tibi coloſſum: hic ut ſiſtat immotus, corde exopto. Nequeo tua reticere merita.* Admodum Reverende ac eximie in CHRISTO P. TIMOTHEE á S. Laurentio S. Th. Lector EX PROVINCIALIS ac CUSTOS Povinciæ Actualis. *Virtutes tuæ non tam Oratores quam potius adoratores requirunt. Omni eruditione plena Frons tua pumillam ad elogia indolem raro admittit, Marones tantum repoſcit laudatores. Ignoſces minus expolito in eloquentia genio, ſi oratoriis tuam morum præſtantiam non exactè delineabit coloribus. Dicam; quod publicat de Te Fama. Vivis in Carmelo non humana; at methodo Angelica, nihil in corde gerendo, præter candorem Virtutis. Cenſoria Catonum num-*

quam Te potest lædere nota; tanta est vitæ tuæ puritas; ut nulli subjaceat adoxiæ. Tribuunt Cœli divisa naturæ humanæ dona, Tibi, Cælestes ex toto favent, Gratiæ. Theologica subtilitas Te profundum ad facilitanda mysteria invenit Doctorem, nec ulla tam ardua fuerat difficultas, quám subtile mentis tuæ non enodaret acumen: inde semper honos Nomini tuo laudesq; maneant perennes, animitus precor. Eloqui, an silere debeam de magnificentia Virtutum tuarum definitivum pone sentimentum: Ad modum Reverende ac eximie in CHRISTO P. IOSEPHE a S. Elia Prime DEFINTOR Provinciæ. Linguas si centum haberem, nondum tuam animi enarrarem sufficienter excellentiã. Vir Accrescens es, & omnis augmentum Magnitudinis. Nemo tuis ad amussim valet applaudere meritis, illa sibi elogium & pretium sistunt. Laudabile; quo fungeris officium Sacræ utilissimum Religioni, nec enim Solon prudentius publicas expediret causas, ut tuum prænobile rationis definit judicium. Sistis ad consecratas Cælicolarum Aras probissimus Aaron; magis Sanctorum DEI. quã cõmoda propria procurandos Det ergo Tibi longævos benignus Jupiter annos ut a Virtutibus tuis splendor Carmelo augeatur. Careo gratiâ oris, ut condigne elegantissimos meritorum tuorum deprædicẽ actus

Ad

Admodum Reverende in CHRISTO P. JOANNES á S. Clemente. S. Th. L. DEFINITOR Provinciæ ac Conventus. Gedanen: PRIOR . dignissime. *Hortensiis opusest laudatoribus ad enarrandum Probitatem tuã, imo Xenophontes Elogiastæ inquiruntur. Errarent abrogantes Zoilorum linguæ, Tibi meritissimo 30* ANNI *cælestes non favere zephyros. Verè manibus Te suis educârunt Gratiæ, ut multis affabilissimus videreris Ioannes. Mellea oris tui facundia, toties iratum placavit Cælum; quoties deviantes a rectitudine animas allexit ad virtutes: extollunt Theologicos labores, exculta tua eruditione ingenia, cõprobantia. Te Ioanne vix majorẽ in arena Literaria surrexisse Theologum. Roborant Zelantia recti cælicolarum cultus pectora tua, ut indefessus stellati Olympi noscaris sustentator Ioannes. Bonus ad tuarum virtutum eminentiam patet cultori nominis tui accessus.* Admodum Reverende ac eximie in CHRISTO P. BERTHOLDE a S. Petro S. Th. L. emeritissime. Prior Bidgostiensis dignissime. *Licet excellentiora sint omni laude merita tua, tamen permittente favoris Tui Zephyro, humili verborum energiâ, animi tui narrabo eminentiam. Uberrimam Iagellonicus manipulus tulit messem, quando gemmeæ eruditæ frontis auxerunt hisce vigorem guttæ Censerẽ de tuo Capite prodiisse Palladem, ni noscerem ingenii tui subtilitatem, ipsam prudentiæ Deam*

ſuperare. Quotieſcunq; Theologici maris inſurrexêre fluctus, Tu ſecurus inter maximas difficultatum procellas, ſtitiſti Mediator. Toties attonitus in adorationem tui literarius rapi videbatur orbis, quoties invitatus in certamina,- non armis, ſed animo confligebas Hercules eruditiſſimus. Vive ergo, & vince omnia fata Vir ingenioſiſſime, Carmelo in ornamentũ & Chriſtiano orbi in emolumentum. Trepidare menti meæ contingit, cum Te magnanimum ſcrutetur Leonẽ. Admodum Reverende ac eximie in CHRISTO P. LEO a S. Thereſſia Exdefinitor Provinciæ PRIOR Poſnanienſis Digniſſime. *Profecto tremendum Nomen tuum corpora magnanimo proſternere jubet Leoni, non vocibus contendere oratoriis. Animal terreſtre ſignumq; Cœli appellamus Leonem, utrumq; tamen magnanimitatis indicium eſſe judicamus. Longe nobilius animalibus iſtis arbitror in rebus agendis robur tuum, LEO es, quẽ, furor Eumenidum vincere nequit in adverſis. Luſtrâſti Romuleas Ædes, ut virtutis tuæ ſpecimen poſthumo relinqueres ævo. Inclinavit ſuperbam frontem Othomanica Cynthia, cum Te LEONEM, ex Lechicis oris advertit venientem. Deprædicant ſacratæ laborẽ tuum Aræ, quod Te promovente Sum̃us DEO exbibetur Honos, & ſacer Cœlitum cultus*

ap-

adaugetur Fiat ergo longæva ætas tua, ut indefessō sub nomine Leonis Carmelo appareas Numa. Succedis robusto Leoni re & nomine Vir fortis.
Admodum Reverende ac eximie in CHRISTO P. GABRIEL a S. Cyrillo, EXPROVINCIALIS EXDEFINITOR ac Oratorij SSmi Sangvinis D: JESU CHRISTI Residens dignissime. *Nullam tuum nomen explanat parvitatē, Gabriel namq; Fortitudo exprimitur DEI. Nonne Vir fortis & roboris atlantici existis? invidus tuo nomini esset, contrariā opinionem afferens. Nondum labescunt brachia tua, licèt multa pro Cælicolarum honore; pondera sustinuêre. Cor tuum heroicæ æquivalet potentiæ, quò magis impugnatur adversis, eò firmius resistere paratum. Sudat prudentissima Frons tua, ut sacræ Religionis leges serventur intactæ. Bonis auspiciis provinciale absolvebas officium, nulli ad molestiam, omnibus ad placitum existendo. Nec doctissima Pallas, neque perspicax Minerva tecum certare audebant, videntes excelsi ingenij Theologum. Siste igitur felix, maximos in annos, nec ulla Te superent in Carmelo fata. Illudentes propensionis meæ erga Te non suppone vices*
Admodum Reverende ac eximie in CHRISTO P. LUDOVICE a S. Thoma DEFINITOR actualis provinciæ ac Magister Novitiorum dignissime. *Laudanda virtutum tuarum congeries, brevi non potest describi stylo, sed protensa indiget Maronum*

panegyri: quod tamen publica de te intonat Fama; hoc sub rosa silentij impossibile tenere. Visitâsti Româ, non ut illius scrutareris eminentiam, sed quatenus Sanctorum Ascetarum integritate trahereris ad Virtutem. Novitiorum Magister es, non novissimos, at primos; vitâ exemplari Coronæ Cælesti reddendo Candidatos. Nobiliora Delphico Tripode Religioni Carmelitanæ á ratione tua, emanant consilia; quomodo tua in definiendo affirmat sententia hoc nobilissima comprobant ingenia. Parce sermoni, hunc nisi diligis excessum, quia incessanter Divino invigilas Cultui, & sacræ orationi insomnes non sinis impendere noctes. Vive ergo longævus intra Carmelum Nestor, Sacræ Religioni in Columen atq; decus. Venerandum Nomen tuum, laudibus nè an plausibus dignum, decide Admodum Reverende ac eximie in CHRISTO P. JOACHIME a S. Josepho S. Th. L. *emeritissime. Censeo; dignissimo Nomini tuo, & plausus, & votiva competere encomia. Plausus ete nim ex Virtutibus, laudes verò á morum resulant elegantia. Subtile ingeniũ tuum, verè gloriosum, & mille triumphis dignum. Nulla fuerat tam nervosa quæstio Theologica, quam tua non superaret solertia. Clytomacho gloriatur Carthago; Arpinum principem eloquij veneratur Tullium, Te major Polonia prænobilibus viris, longe celsi-*

or.

orem præponit Joachimũ. Te pietas, modestia, Cultusq́ Sanctorum, Virum omni laude excellentiorem in stellato, imo Angelum Carmeli vertice repræsentant. Faveant Tibi sidera Cæli, ut beni gna eorum; ad nestoream ætatem exuberes affluentia. Etsi vellem, nullatenus possum nobilissimas Virtutes & merita tua profundo involvere silentio. Admodum Reverende ac eximie in CHRISTO P. THEODORE a S. Dorothea Celeberrimi Conventus Posnaniensis Subprior ac Concionator dignissime. *Grande contraherem vituperium, si Nomini tuo humile in applausum præstare nollem obsequium. Theodorus Donum DEI explanat: certè ingenij tui gloriosæ dotes, Divinum in Te manifestant Donum. Profanus olim, linguâ tonabat Pericles. Tu sacer in* Exedris *Orator, ita in obstinatos tonas populi animos, ut suos abiicere errores non recusent. Copiosa Gratiæ suæ præstitit Tibi Rector Olympi munera, majora speres, pro labore fideli, & circa humanarum salutẽ Animarum solicitudine, præmia certa; ut reportes, sincèra appre cor mente. Quomodo Nomini Tuo & meritis applaudere debeam, finale uti Theologus assignes argumentum.* Admodum Reverende ac eximie in CHRISTO P. PAULE a S. Thoma S. Th: Lector actualis emeritissime *Doctorem gentium tuum denuntiat nomen, cui breves sufficere non possint libelli. Ignosce emeritissime P. si non benè expolita*

eloquio lingva, sufficientes ignorabit reddere Nomini Tuo applausus. Paulus existis, à cujus cerebello nectarei in emolumentum studentium animorum profluunt fontes. Neque Stoa, neque Peripatus & Athenæ; tam subtilem novêre. Doctorem, qualẽ Te nunc scholasticæ Cathedræ venerantur. PAULUM. Gloriaris, imò lætaris magni Nomine Doctoris, in verum sublimis ingenii documentum. Silent Sophismata, vitiosi in arenam literariã non veniunt circuli, cum tuæ Theologici argumenti Propositiones in filo habentur. Non recedit a tua scientia Pietas, nec à subtili ingenio cultus Divinæ majestatis alienus. Duc ergo prosperos, sine fato dies, trina Carmeli sidera, majoris Dignitatis áugeant Tibi splendorem. Ultimã dicendi attingo periodũ, sed primã Nomini Tuo exhibeo reverentiã. Admodum Reverende ac eximie in CHRISTO P. CHERUBINE a S. Antonio S. Th. L. dignissime. Sublime nomen tuum, quibus celebrandum præconijs penitùs ignoro. Cherubim luminis Sapientiæ participes, ac æternæ beatitudinis possessores nominantur. Ebulliunt scientifici a mente tua radii, quibꝰ splendorem trinis Carmeli attribuis Luminaribus. Alienæ sunt ab animo tuo umbræ ferales, nec Cymmeriæ lumen rationis tuæ circumvelant noctes; semper ab erudita fronte tua serenissimus meridies resplendet. Sint alii ex animi

de-

dexteritate potentes, Te Cherubinum a sapientia satis magnanimum mea veneratur propensio. Æstimant Doctorum Capita prænobile tuum Nomen, affirmantia Te CHERUBINO nec subtiliorem, nec celsiorē sapientiæ surrexisse cultorē. Sumit fortunatum ex magna ingenii tui subtilitate Carmelus indicium, unde & ego votivum appono sermonem. Ut sub stelligero Olympo felicibus annis & ingenio resplendeas CHERUBINUS. Hactenus Religiossimi PP. pro posse virium mearum gloriosis Virtutibus Vestris & meritis, clientalis allaboravi non tam orator, quam Nominis vestri adorator. Modo in termino dictionis ad incessabile EMPYREI lumen, converto pupillas. Exiguam; quam pro Laudibus PROTOPARENTIS Vestri cengessi opellam benigna acceptetis fronte, supplico. Si vero in FUNDATORIS vestri ELIÆ encomiis minùs expolita Tulliano sermone erraverit lingva; parcite precor, parcite. EMPYREUM ELIAS ex prægrandi Virtutum ac meritorum præeminentia Sufficientissimum elogium, atq; panegyris sistit. Imbelles sunt Oratorum Lingnæ in deprædicandis magni PROPHETÆ meritis. ELIAS PROTOPARENS Vester admiranda Sanctitate umbratiles; efficit profundos Encomiastarum sensus; & quidquid de Sacerrimo innuitur Patre, hoc de Illius suppo

 nen

nendum Filiis. Ut tamen Philadelphicæ propensionis manifestum remonstretur signum, scriptum pro Laudibus ELIÆ, in manibus vestris pono libellum, hæc publicando vota. Clarete ad usq; CARMELI Decora, vivite in stelligero Angeli Olympo, quousq; lucidissima Poli radiabunt Phænomena: atq; sub EMPYREO ELIA PROTOPARENTE PATRIARCHA, & FUNDATORE vestro Cymmerias nunquam experiamini umbras. Votivo sermoni hanc ultimam appono periodum, quòd sim clientali propensione sincerus

C E L E B E R R I M O R U M

NOMINUM VESTRORUM

Cultor & Servus

Author Operis.

ORATIO

PRæcelſas magni Prophetæ Virtutes, aut Sacratos Angelicæ Illius vitæ ſplendores intra Stellatum Carmeli verticem, imbel, li Aſtrologicæ rationis circumducturus orbita, in primo verborum initio, profundus Eliani Nominis contremiſco adorator. AA. Verè reverendum eſt, ubi coruſcum fatali carens occaſu Luminare ELIAS, longè latèq; Sanctitatis ſuæ diffundit jubar, cujus nitorem, nec lynceæ Argorum pupillæ, nec cryſtallinus Obſervatorum audacter intuetur ocellus. Nulla pro certo finiti ad infinitum habetur proportio, omnes candore pleni colores naturaliter diſgregant viſum, mirabiles ad invicem radiorum concurſus, ad curſum ignei ELIÆ carpenti, unico evaneſcunt momento. Diaphana quemlibet fulgorem penetrantia vitra, coram albicanti cordis Prophetici flamma, fumea afficiuntur nigredine. Cæleſte probitatis lumen, dum ſpargit per Orbem ELIAS, pellucida cryſtallus, atra tegitur labe, triſtiq; maculatur pallore. Clariora Teleſcopiorum obcæcantur perſpicilia, optici franguntur tubi, lumine Eliano accreſcente. Protrahe auratas illuſtris Titan quadrigas, protrahe! metire purum æthera micanti temone, ſubitò ferali decoloraberis Eclipſi, & ingens in claritudine tua patieris deliquium, ſi intaminatam ſacerrimi Vatis æmulaberis celſitudinem.

Arctos lucidissima, obscura; scintillantes rotas trudit ad antra, flammigero Eliani essedi axe, universam illuminante terram. Duodenis astrorum figuris delineatus tenebrescit Zodiacus, qvum ELIAS radianti puritatis balteo præcinctus, oras Cælorum perlustrat supernas. Amænos Planetarum vultus, teter obnubilat vapor, purificatâ Olympi Eliani aurâ; sidereum serenante Dium. Planè singula Cælorum Phænomena, nunquam liliaceo Virtutum Candori, ceu pulchritudini Elianæ, correspondent ad amussim. ELIAS integer vitæ, scelerisq; purus, pravos peccaminosæ turpitudinis exterminat nævos, æquali in æmulationem indiget luce; & unius qvalitatis, ut Cor Ejus sacratum ignes requirit. Pereant evanida Cypridis nefandæ fulgetra, fumantes præstigiosi Adonidis extingvantur faces, jugales plaudentis Hymenæi obtenebrentur tædæ, jam triumphales in zelosis ELIÆ pectoribus candescunt pyræ, jam inter Herculeam Prophetæ mentem, roseus sine obscæna defectuum umbra Hyperion inclarescit. Provecta in altum Pharos, graviori aptatur ruinæ, ardentibus spoliatur lychnis, ELIA Divinissimo veram *Empyrei* lucem, præferente. Fulgurantià in sublimiori regione meteora, metaphoram nonnisi luminarium depingunt, non essentialem luminis proprietatem manifestant. Insolens Phateontis animus Atticas mittitur ad noctes, qvum lætissimo terris sereno, Sacerrimus favet ELIAS. Claudicat præpetibus Draco volans pedibus, lacteâ Virtutum galaxiâ, probo ELIA procedente. Tantisper ferox Hæreseos Mulciber, audaciùs fulminantia contra Superos vibrâsset tela, ni flammivomum Colla superborum prementem, in manu ELIÆ vidisset mucronem. Confringe accensas gentilitati inserviens Vesta ceras, suffoca thuriferas defraudans populum Isis acerras, nunc Iride pulchriores Eliani cordis radij, thura confundunt Sabæa, nunc pro DEO *Exercituum* æstuantia Prophetæ præcordia, omne flammarum genus præcedunt. Quomodo

modo ergo ELIA Divinissime tuam excelsam imbellis genius enarrabit Ethologiam? licet crystallinos lustraret Cælos, etsi pulcherrimum scrutaretur Firmamentum, vel cunctas Polorum circumiret periodos, ut exinde prægrandis Laudum Tuarum surgere posset Olympus! Parum esset! Sanctitas Eliana cunctorum decus confundit Astrorum, & splendor Phæbi admirabilis, ante niveum Vatis Divini pallium, subitò expallescit. Solidissima insuper superiorum machina globorum, periculosos expavescit motus, dum ELIAS felicissimos figendo gressus, sanctior pro DEO & Cælitibus existit Stadiodromus. Hæret & horret lingva Adoratoris tui *Athleta Divinissime*, dubitans; quo de fonte Oratorum, in elegantiora Dignitatis Tuæ elogia materiem, est sumptura. Summa Virtutum Tuarum ac Meritorum augetur congeries, pumilionem non acceptat indolem; sed Cyris & Xenophontibus jure merito indiget Elogiastis. Confido nunc minimus ex tuis Laudatoribus, quia flammantibus non offendar armis licet Te ELIAM in sublunari compagine *Empyreum Lumine Sanctitatis resplendens* ulteriori dictione publicabo. *Empyreum* ELIA Divinissime dum insulso proferēris labio, accende lumen Oratorium, ut solennior Nomini Tuo illucescat excellentia. Præbete doctissima Ingenia, benignos attentionis vestræ Zephyros, ut evidentius conspectui vestro *Empyreum* ELIAS innotescat.

SPatiosæ & speciosæ multorum sphæræ Cælorum, inditis à primo rerum Authore DEO proprietatibus, interdum exhilarant, interdum perturbant terrestre hemisphærium. Commune est; testudineo passu progredienti Saturno, maleficos producere eventus. Sympathica inclinatio benevoli Jovis, de profundis terræ visceribus, obryzo tinctas extrahit venas, & inhærentes suo regimini asseclas, in summam honoris evehit augem. Horrifica bellorum & iræ numina Mars atq; Gradivus,

rarò felices; ſæpius ferales annumerant dies, & deplorandæ frequenter fiunt principalis cauſa ruinæ. Sol irretorta mundi totius pupilla, ad regalia proprios Clientes promovet Solia, & ſi fortunatus inter polaria extiterit Domicilia, omnia terrigenis adauget Bona, optimumq; fertilibus agris adhibet incrementum. Pollens venuſtate Venus, virus malitiæ inter mortale præparat genus, ut libentius retrahat à virtutibus, & vitijs inhærere inſtruat uniformiter. Mercurius verſutiæ plenus, nunc terris blanditur, nunc ſerenat, modo pacatam variat auram ac furentem ſuſcitat Eurum, manifeſtas inconſtantiæ ſuæ exprimens qualitates. Candida Phæbe continua varietate, lucis plenitudinem excludit, præfixo quietis caret termino, & quæ hodierna die, placido arridet vultu, in craſtinum lugere parata. Plorant ſæpenumero ſenio gravatæ Plejades, licet quandoq; exhilaratas erigant frontes, aut teneras præferant Virginum genas. Raro Aſelli clariſſimum reſpiciunt meridiem, citius cum luctu ad imum properant, quam in auge planetaria apricantur. Eridanus adeo copioſis plerumq; irrigat humum laticibus, ut magis nociva campis profluvia, quàm fluctuantes acervis ariſtas, ex hæreditarijs extrahat terrigenarum fundis. Argo ſuper antarctico elevata Polo, per arduum ſcandit iter, infauſtas Martis experitur procellas, ſpumantibus immergitur lymphis, ferientibus alliditur ſcopulis, antequam fortunatum advenerit Promontorium. Vileſcit ſeptemtrionale prope Arcticum diadema, dum Laurea in Temporibus ELIÆ revireſcit Corona. Regina Alitum Aquila, alternas fortunæ gerit vices; Corvus rauco crocitat gutture, Cygnus triſtia mixta ſecundis occinit, ſerpens decenti excoriatur ſquammâ, Pegaſus pro nectareo ſtillicidio, amaros ſoleato pede excavat rivos, Cephæus Andromede & Caſſiopæa peſſimis afficiunt influentijs, & loco gemmei roris Sangvinolentas; de corpore gementium populorum extorquent guttas. Major adhuc conſurgeret

ret Aſtrorum multitudo, niſi alia ſenſui Aſtrologico præponeretur dictio ad probandum. Producunt equidem lucida varios effectus ſidera, ſed defectu abundantes, præſtant innumeros rebus creatis vigores, ſed virulenta affectione plenos, & meram ex ſe imperfectionem exprimentes. *Empyreum* nonniſi; Cælum exiſtit perfectum, nulli obnoxium fato, vitioſas rerum viciſſitudines, & inſperatam proſperitatis mutationem non admittens. *Empyreum* prima Omnipotentis DEI ac Beatorum ſedes, & delicioſa Angelorum quies, appellatur. Rotundas Cæli inferiores habent figuras, ut ſignum mutabilitatis deſcribant momentaneæ. *Empyreum* ſecundum Dogmata Theologorum; ideo in quadrata poſitum forma, ut continua varietate deficiat, & celeres in deterius manifeſtè curſus, aſpernetur. Solidæ cæterorum ſunto Cælorum Sphæræ, *Empyreum* hìs longè ſolidiùs ſtabit, quia Regis Æterni Thronum repræſentat. Modicum juvat, licèt rutilantibus ardeat Aplanes igniculis, cùm extemplò denſis operiuntur nubilis, lumen amænum opprimentibus. *Empyreum* ſanctificata luce adornatum, nulla impuritatis adumbratur caligine, nec indecenti cujuſq; levitatis ſipario, obvelatur. Verbo concludam veriori. Tanta eſt *Empyrei* cum perfectione præeminentia, tanta Cæli iſtius majeſtas, ut procelloſam criminum tempeſtatem, & diſparentià, fatorum incendia reprehendat. Quantum *Empyreò* eminentiæ, tantum ELIÆ accreſcit dignitatis. Nondum primam laudabilis vitæ tenellus ELIAS; ſalutaverat auram, jam ſecundum exhibuit Univerſo vaticinium, quòd ex admiranda ingenij altitudine, ex dilucido nobiliſſimarũ Virtutũ meridie, Nomẽ *Empyrei* nanciſcetur. Diviſa alijs; Cælorũ influentiæ præſtitere dona, ELIÆ non de medio, vel in parte tantum, verùm ex integro Cæleſtià favêre domicilia, qvatenus eſſentialis *Empyrei* proprietas, veridico in futurum conveniret Prophetæ. Oſtentet ab Inacho, Anchiſa, aut Trajano ſublimis Tetrarcharum

 propa-

propago, primâ ortus sui lineâ, sufficit ELIÆ, qvum *Sobachæ* probissimi Patris denuntiatur Natus. Licèt Matris ELIÆ cognomen sacri reticeant Fasti, mihi si conijcere liceat, eâ fuisse Lucinâ enarrabo, quæ in sinu materno ELIAM, longè Nobiliorem Lucijs educaverat prolem, quià siderei Atlantem Lycæi, imo *Empyrei* Significatorem sustentavit ELIAM. Fovit fabulosa gentiles Deos Berecynthia, ELIAM præscium futuri Eventus Nuntium, Sanctus enutrivit timor, Pietas *Duliæ* cultum erudivit, Fortitudo robustum contra vitia servavit, pura conscientia & Charitas nectareo innocentiæ lacte, juvenilia ELIÆ labia irroravit. Patriam ELIÆ si quæritis? Thesba fuit in Galaad, munus ævo non postremum, ELIAM conservando. Adauget sacra Moysis & Aaron Tribus, Domui Elianæ dignitatem, de cujus Familia, patrius *Sobachæ* sangvis, originalem duxerat fontem, ut immundus meliùs recognovisset mundus, quod Zelosus ELIÆ Spiritus, impuris delubrorum athomis, terrenis non permittet diutiùs dominari liminibus. Auro notanda ELIÆ teneritudo, nihil contrarium DEO, nihil Angelorum choris abominabile, & Cælo nihil egit detestandum. Omnes ELIÆ actiones virtutibus plenissimæ, virens sanctioris Ascanij ætas, ferventissimam in juvenili corde Amoris Divini accendit æstatem, svavissimos Virtutum fructus maturantem. Miraculum ELIÆ juventus fuerat non vita; vires enim supra naturam in casto Corpore contra hostiles Cælitum posuit phalanges, roburq; invincibile, ad deprimendas idolorum cervices adaptavit. Horridos cum strepitu gemitus, die natali ELIÆ, turpe paganorum ediderat fanum, quia acerrimum Veritatis Defensorem, ac strenuum iniquæ falsitatis Vastatorem super Carmeli vertice, velut *Empyreo* sentiret imperaturum ELIAM. Studeant pessimis artibus, dissoluti in nefas quodlibet epicurei, ruant cæco impetu ad cænosam scelerum paludem impij Tenebriones, ELIAS gravi piaculorum nunquam onustus plumbo,

bo, ſed elegantiſſima Probitate venuſtus, aſperos vitiorum carbones ſacro compeſcit jubare, & doloſos delinqventium ignes, admirando Sanctitatis extingvit ſplendore. ELIAS decorus innocentiæ Narcyſſus, intra caleſcentem fervidi cordis vigorem, ſine aritudine vireſcit, & Ver cæleſti Favonio exhilaratum, latepatenti dum explicat hemiſphærio, *Empyrei* attributa, oſtendit luculenter. Fatale urbis incendium, ſivè funeſtum Trojæ excidium Paris, quamvis ceruſſa & purpuriſſo, illecebras tinxerat genas, gehennæ tantummodo placuit & Plutoni; non Polo, nam pudore frontis rejecto, maluit fædos criminantis Veſevi concitare calores, quàm lumina probitatis ſervare inextincta. Procul tanta ab ELIA receſſerat orexis: arſerat Divino Propheta amore, vitiorum contemnendo amarorem, æſtuavit puritatis Entheo, profanos inconſtantiæ ardores, gratiſſimo modeſtiæ velo comprimendo. Blanda Priami forma, enormibus nequitiæ fucata maculis, letheo in victimam abiit rogo, nomenq; populo gratum, in oblivionem invido tradidit orco. Coram admirando ELIÆ vultu, nunquam impuræ audebant micare faces, zeloſa nonniſi Charitatis erga Cælicolas magno Prophetæ alluxit inflammatio, abſq; torpore animi, & ſine vitiorum æſtu. Eſto; quòd aliorum mentes Cyprius cum pyrio delectet pulvis, inceſſabile Virtutum lumen, maximum ELIÆ fuit ſolatium, & prima Spiritus Prophetici delectatio. Niſi fuligine criminum Nero fuiſſet notatus, naturalem; Veſtæ Templum viſitans, non amiſiſſet viſum. Horrenda conviciorum monſtra cæleſtem in corde Eliano extructam, dũ expugnare Aram attentarent, ignobiliùs quàm talpæ cæcutientes, aut clangentes noctuæ, coram Sacrata *Empyrei* luce umbrabantur. Floridum ELIÆ tyrocinium, velut inexpugnabilis ſteterat turris, fortiter irruentibus erebei Synonis inſultibus, reſiſtendo. Myſtica Turris ELIAS, in qua coruſcantes fulsêre lampades, prælustre pri-

mæ magnitudinis aſtrorum jubar, ſeu *Empyrei* lucem diffundentes. Multoties inflammati iracundiâ Eriſichtones, voraces aperuere fauces, ut aliquo modo caſtum corpore & animo Hippolytum ELIAM læderent, ſed vano eluſi conatu præ ingenti mæſtitia, in flammeas averni diffugêre rimas. ELIAS illæſus omnium victorevaſit ſpectrorum. Evaſit honorificè, triumphator mundanæ vanitatis ELIAS, majoraq; emeritæ Virtutis daturus documenta, voce Omnipotentis monetur DEI, ut numeroſum populi deſerat gremium, aſtutam mammonæ evitet fallaciam, auſteram in luco agat vitam, lucis æternæ, ceu lucidiſſimi Poſſeſſor *Empyrei* nominandus. Libenter Divino paret imperiò ELIAS, non amplius evaneſcentibus Thesbæ immoratur umbris, quærit alacriter eremum, efferveſcentia erebi fulgura, virtutum claritate, extincturus. Siſtit Propheta ad torrentem Carith, Charites in ſincero amore magiſtras, de Cælo venturas alacriter expectando. Subitò ad Carith, ita peroptimo cariſſimus Creatori permanſit ELIAS, ut indies Seraphinorum pennis, cum dulciſſonô modulamine, ex purificatis Carith ciſternis, candidus ſine fuco ad Firmamentum uſq; elevabatur Olor. Nulla cupiditatis corruperat Prophetam ſitis, verum tanta undarum Carith mellificavit palatum & ora ELIÆ ſvavitas, ut fellea criminoſæ voluptatis guſtare ignorarent condimenta. Properant virulenta ad ſcaturientes, fontium latices reptilia, noxium in illis merſura aconitum, vel auram ſalubriorem reſorptura. Torrentem Carith lethæusColuber, mortifera gerens aculeo toxica, nunquam aggredi auſus, ELIAM ſuper littora Ejus, ſanctiorem animadvertens Nereum, ſepticipem vitiorum hydram dextrâ ſua compeſcentem. Cedite rapaces Scyllæ & Charybdes! ELIAS; turbidas periculorum ſupra Carith domat procellas, & pulcherrimis illius lymphis, aſperos demergit ſcopulos, ne in maris ſpatioſi fundum, fraudulenta Syrenum voce, circumſpecti trahan-

tur

tur Ulysses. Abeste abligurientia artus naufragantium Acroceraunia, ELIAS cælestem ad littora Carith protraxit Navim, nè à præfixo fortunatæ spei termino, lassati aberrent Navarchi. Pyratæ; non amplius gratiâ lucri, damnosam exerceatis artem, ELIAS supra Carith aureo gemmis verecundiæ ornato invigilans velleri, navigantes in adversitate juvat Jazones, & flammigero mucrone, justus injuriæ vindex, infaustos undequaque venientes internecinè eradicat impetus. Gloriosa magni Prophetæ modestia mundanos contemnit astus & fastum, sola ELIÆ placet humilitas, non elatio, quæ submissionis cortinam ne excederet, angustam super littora Carith habuit consistentiam. Detestata est mundissima ELIÆ Caro, puerilia Cari & Commodorum crepundia, maluit intra Carith, jejunâ cruditate macerare alvum, quam lautis poculorum affluere rivulis, aut opulenta Lucullorum mensâ, immortali obstacula ponere Probitati. Angelorum hoc dicimus esse munus, sine terrena vivere annona, & saturantia nunquam gustare alimenta. ELIAS verè ut Angelus, in humano vixit vivitq; corpore, numerosiores sine cibo, in terra peregit dies, in opimas Paradisi dapes, jejuniis abbreviatum servando appetitum. Modico ELIAS in deserto vescebatur pane, verus esuriei domitor, posthumo remonstrandus ævo. In Eremo Corvus ELIÆ altor & servus, quæ beatissimo Homini Orbis negaverat obsequia, hæc præstiterat Corvus, quæ populus dona Prophetæ abstulit, hæc irrationalis ales obtulit benevolè. Inclaruit intra Firmamenti periphæriam luminoso sidere Corvus, ut pro fideli erga ELIAM promptitudine, libentius in *Empyreum* vibraret palpebram, ac pro continuo labore, felici in Cælis potiretur statione. Phænicem potius non Corvum, putarem fuisse illum Alitem, nisi ator plumarum hac in opinione præpediret. Phænix rarissima Avis, combusta iterum de bustis renascitur, Corvus inter ferventes Charitatis ELIANÆ flammás, nec u-

nicâ privâtus pennâ, eò sublimiùs âd cæleste evolârat â-pogæum, quo humilius Corvinum Caput, propheticis incliraverat Plantis. Signum augurij ex crocitanti desumitur Corvo, ELIAM quam Magnum Prophetam Orbis visurus esset, Nuntius hoc in passu, extiterat Corvus. Tandem ab alis prædicti Alitis, in aliud periodicam revolutionem converto iter. Processit ELIAS de virtute in Virtutem, ascendit per gradus Sanctioris Asceta probitas, & rectissimum ad immensam *Empyrei* sedem, invenit tramittem, sine devio errorum motu, & absq; periculoso viarum anfractu. Arctabat rigidè innoxios in eremo artus, robustior Æmiliano Heros ELIAS ceu stellatus Angelorum militiæ annumerandus Hercules, omnia qvæcunq; gesserat, non terrigenarum, sed *Empyrei* Cælicolarum digna gesserat coronamentis. Etsi Prophetæ vestimentum purpurâ non resplenduerit aut hiacyntho, resplenduit in corde Eliano purior nive Candor, ELIAM emeritum *Empyrei* Candidatum, manifestans. Longè majoris albida ELIÆ prætexta fuerat pretij, quam auro texta Neronis dibapha, splendidum Xantippes paludamentum, aut superfluus omnium colorum Aristippi æstimabatur vestitus. Suffecerat ELIÆ pro Sago & Toga candida chlamis, quam neq; erumpentes lætiferi Æthnæ tetigerant prùnæ, nec Sulphurea fuligo avidi obtenebravit averni. Insurrexerant contra ELIAM missæ à Styge sphynges, fabulosa iniquæ falsitatis ænigmata Sanctiori objicientes Oedipo. Resolvit ELIAS prophetico Spiritu, quælibet difficultatum objecta, sed in fædissimos monstrorum interitus, & propter ignonimiosam quorumvis errorum ruinam resolvit. Ibant turmatim sociatæ fædere pessimo Harpyiæ, dentatatas contra beatum gerentes Virum harpagines; ignitum ELIAS vix in ferocia spectra levavit gladium, illico ad ejus obriguere fulgorem, ac prænimio ex clade recepta dolore, velut Niobe in surdos lapides mutabantur. Infatuavit

effrons

effrons malitia, ſimulq; obſtinavit protervos Samaritarum animos, quos ita fideliter exſecrandi Baal inſervire ſtimulavit idolo, ut Unum omni bonitate exuberantem odio haberent DEUM. Intabuit veſano amore erga Baal cum plebe Samaria Achab, ſummas delubro Baal adſcribendo virtutes, cui nec quidem belluarum lingva convenit blaterare. Quis pudor aut metus in te habetur Achab? Baal tanquam Cæli dominatorem adoras, falleris! Baal ſepticeps nominatur bellua, non Numen, imo ſpecioſum nihil tuis oculis oſtentatur. Cave Achab ne doloſis Baal ſuccumbas caveis. Ille, tuam barathri hæredi ſſam conſtituet animam, ille æterna *Empyrei* ſede, magno privabit cum gemitu, ille jucunda ſolvet requie, locabit in moleſta Sſiyphi mole, & volutanti Ixionis cum ſtridore dentium rotæ, alligabit. Verba hæc tanquam de ſurdo narrantur Achab, placidiùs abominabili Baal, impius adhæſit homo, juſta *Empyrei* poſſeſſoribus homagia denegando. Audi Achab, hamo principis tenebrarum traheris in præceps, claude rivos ſat prata flagitioſi bibere tabi, deſere Pſeudoprophetas deſere! alium ad Regnum inceſſabile quæras Ductorem, & certus præmij exiſtes operarius. Durior caucaſo perſeverat Achab, citius infracti flectuntur adamantes, marpeſiæ citius emolliuntur petræ, & achænea franguntur facilius mænia, quam ſeveri Achab animus. Offendit graviſſimè à longè manentem ELIAM pertinacia Achab, ne tamen ſalutaris morbo vitiorum affecto deſu ſſet medela Achab feſtinat quantocyus ex deſerto Propheta, conſpectui Achab præſto adeſt, nefandum Baal exprobrat ſervitium, de rejecto Omnipotentis DEI increpat cultu, precibus admonet, verbis arguit, ut ſtrictos effuſæ iniquitatis apponat limites, & incomprehenſibilem adoret Creatorem, Ferocior tygride Achab, ad monita ELIÆ non miteſcit, aſt ſuperbè recalcitrat, vecordi inflatus faſtu, optimi ſacram inſtructionem deteſtatur magiſtri, infido confidit Baal, in-

al, infirmæ illius poteſtati regiam offert Perſonam, planè ignorans potentiam Baal, tam diu regnare poſſe quam diu umbra viget, aut fluidæ undarum bullulæ intumeſcunt. O dementiam Achab & animi inclementiam! nullum eſt tam immane ferociâ monſtrum, præter Achab. Perpende Dux gregis impij, perpende! num poſſit ſalubrior Eliano ſermone oſtendi informatio. Vivere ſi cupias, evita fraudulentiam Baal, acquieſce dictis ELIÆ, certo immenſam *Empyrei* videbis Majeſtatem. Nequam Achab, proprium ſequitur velle, ELIAM perſeqvitur minis exaſperat, & violenta morte; ſi poſſibile foret afficere præſumit. Quare deſipis Achab, tartari nefande erro, *Empyreum* ELIAM turpibus furoris tui umbris opprimere exambis, evanido intumeſcis auſu. Prius tua marmarica deſinet rabies, quam ELIÆ benignitas ſuperabitur. Exaruit propter ferventia Achab ſcelera, tota Samariæ terra, percuſſit peſtilentus aer fluctuantes camporum ariſtas, urentes virentem herbam exſiccarunt venti, nec tamen contra ELIAM pro mortifero Baal, Achab bellare ceſſavit. Clauſit ELIAS Cælum, ſtillantem toto triennio continuit rorem, Achab tamen licet gravi fame depreſſus, infame non dereliquerat fanum. Quouſq; tandem delinquens Achab fætido ore reſplendens ſanctitate *Empyreum* calumniaberis ELIAM, quouſq; plurima contra innocentiam patrabis crimina? Eheu corrige exceſſus, extingve furoris ignem, cochibe diſſoluta licentiæ fræna, jam te ultrix malorum conſcientia, ad æternum Rhadamanti condemnat mancipium, ſulphureos conſtruit rogos, infinitis ſupplicijs deſtinando. Attigit ultimum vitæ terminum, perfoſſus hoſtium ſagittis Achab, ah miſerrime attigit! ille qui temporali imperio, *Empyreum* ELIAM, vincere ſtuduit, ignobiliter victus ſævo cum diſcrimine occubuit. ELIAS, vivit & triumphat, Io triumphat ELIAS perennando, perennat triumphando. Viluit fortitudo Baal & inanis evanuit potentia, poſtquam

quàm *Empyreum*, ELIAS, in hostes Summi DEI tremendam extenderat magnitudinem. Contrivit Eliana magnanimitas incorrigibilem Achab, nec uno avulsô, alter longè pejor defecit. Revixit post funera Patris progenies viperina Ochozias, Baal etsi non coluerit, Belzebub horribilius adhuc spectaculum, maximæ venerationi exposuit. Divinas laudes præstigioso Belzebub delirans præstitit Ochozias, insigni turpe ludibrium prosequebatur honore, & immortalem Unius DEI subticuit famam, laudesq. ejus violabat perennes. Iterum ELIAS novi Tenebrionis contagiosam ferre non potuit labem. Paratus Hector pro Domino Exercituū mori, impavidus Heros ELIAS idololatrā visitat Ochoziā, persvadet quanta temeritate iniquo obedit Belzebub, quanta protervia Regis Regum mandata transgreditur, & quanta inverecundiâ, incomparabilem Ejus offendit majestatem. Lybicis leonibus iracundior Ochozias, justas ELIÆ svasiones non acceptat, Belzebub ceû decipienti Zabulo obtemperat, vitam ei offerens & salutem. Quare Propheta Div: pestiferam Ochoziæ sustines pervicaciam? Parcis etsi non sit parcendum! flammanti quem dextrâ geris, disseca idololatram ense, ne scandala Ochoziæ seductam depravent ampliùs gentem. Connivet dæmoniaco Belzebub servo ELIAS, quantum potest, sperando gentilium fallacias Deorum rejecturum. Dicimus à proprio non procul cadere poma trunco, Achab errorum Pater, út paganicam non neglexit colluviem, sic turbulenta proles Ochozias, seductorem gentis Belzebub tuebatur. Defendit Belzebub Ochozias, sed defensio illa, facta fuerat Nōinis Divini offensio. Invictas opposuit vires, robori Ochoziæ ELIAS, utq' pro Infinito Numine infractus nosceretur bellator ELIAS, Belzebub forti debilitat manu, instabilem adimit fortitudinem, nec amplius terrifico dirum caput permittit extollere portento. Illicò vertigine cerebri præ furore exagitatus Ochozias, vix ossibus

hæſit, quod fraudatoris Belzebub ſubſidio carebat, quòd ſuū ſceleris Authorē, velut mutos arborū Stolones, adverterat ſtantem, quòd magicas infandis cultoribus denegantem artes, evidenti experientia probârit, Millenos inquirit modos ad vindictam, optima tartari victima Ochozias, vult inconvenientem Belzebub ulciſci injuriam, quamvis injuria non ſit, præparat acuta contra innocuum ELIAM tela, minimè conſiderans, quia Eliana internecinè feriunt adverſarios arma. Quinquaginta igitur Princeps armatos expedit Satellites, qui *Empyreum* ELIAM, vix iracundiæ ignibus terrere cæperunt, torridâ cælitùs miſſa, ita fuere abſorpti flamma, ut nec unicus deplorandæ cladis, ad proprium Caſtrametatorem retro veniret Nuntius. Nondum Ochozias ſufficienter, hac funeſta militum perterritus cœde, colligit quinquaginta alios, collectos iterum contra Prophetam ordinat, ordinatis imperat, ut cæco impetu ruentes, opprimant ELIAM, oppreſſum regio adducant Solio, aut beata in ipſa certaminis acie Sanctiorem Epaminondam proœſumant ſpoliare vitâ. Intendit omnino regijs Mavortia cohors parere juſſis, at ſimili ut prius agmen percuſſa nece, dolendum vitæ reportaverat fatum. Vorax ſanguinis humani heluo Ochožia, ſcrutare quid tua valeat immanitas? *Empyreum* ELIAM cataphracta pugnatorum legione, ceu fulgore gladiorum lœdere attentâſti. Rediit in ſuos ſcelus Authores, in mortem ELIÆ conſpirabas, tuos mors ipſa priús conſumpſit Aſſeclas, & ELIAS *Empyreum* lumine ſanctitatis reſplendens, nec infortunatas periculorum nubes, nec horriſona metuit erebi tonitrua. Mirabiles ELIÆ in virtutibus ſucceſſus, hoſtiles inimicorum repellunt acceſſus, furibundos rebellium animornm diſſipant motus, metusve improbos minimè apprehendunt. Conſuluit Belzebub cruenta vitiorum labe infectus Ochozias, quomodo priſtinam recuperare poſſet ſanitatem. Ille perſvadente Belzebub

pro

pro pharmaco & medela, pestilenta hausit aconita, corpus & animã enecantia. Exhalavit formidolosũ Ochozias spiritum, in flagranti Belzebub sinu, tota æternitate quieturũ. O cineres Ochoziæ cineres illi, ex quibus improbæ; Pyroontis ebulliuut Scintillæ, & inextincti effervescentis Liparæ torres áccenduntur. Consummavit breves annorum horas Ochozias, nunqvam Serenos *Empyrei* dies conspecturus. Forsitan Sepulto Ochoziâ cuncta ELIAM impugnantia cessavere infortunia? Nondum adhuc; nondum cessârunt fata. Exarsit fomes peccati Jezabel contra ELIAM, non satis fuit lividiori aspide mulieri, licèt Achab, malitiosum in vitam, Prophetæ irritabat maritum, etiam non degenerem, adeó stimulârat natum, ut necem in Carne Angelo ELIÆ proepararet. Quando virorum defecerat ryrannis, pro tunc Jezabel altera furialis Alecto, singulas gesserat crudelitatis vices. Multiplicavit iracundioe fomites insolens Libentina Jezabel, ne *Empyreum* ELIAS serenis fidelem populum recrearet radijs; occidit Jezabel certantes pro Domo Dei Prophetas occidit: trucidavit electum Pastoris eximij gregem, hac sangvinis innocui nondum satiata effusione, ardentiori correpta siti, ELIAM Angelici agminis Antesignãum infausta prœsumpsit vexare tyrannide. Horribilis aspectu Nemesis Jezabel, dolosas ELIAM persequendi excogitârat artes, astutos proposuit modos, ut noxijs infortuniorum alliderctur scopulis, & mœsto rubicone fatalia tingeret marmora insperatè. Latuit ELIAS in Colle Oreb, non quia iratœ Jezabel timeret ferociam, sed quia indecorum viderat, ex anili fronte triumphales legere palmas. Fusum potius Jezabel cum colo, non districtos in colla virorum prœpara enses, fœmineus odit prœlià sexús, Tu Jezabel mori es timida, & velut robusta Tomyris aut Orythia bellicam contra ELIAM congregas turmam! Time ne muliebris malitia, maxima veneni parte trucem assligat vultum.

Vigilant etenim inſperata in culpas reorum fulmina, & ſontes ultricia fata, ad certas pro peccamine provocant pœnas. *Empyreum* ELIAS potens ac inexpugnabile Cælum, loricatas Bellonœ, non ſolúm perfringit, ſed radicitús enecat phalanges, *Empyreum* ELIAS nunquam lachrymarum obruitur nubilis, nec grandinibus, vel congelata tegitur nive. Plejadum id muneris, gelidas producere guttas, non exoptatam temporis attemperare malaciam. Nimboſa Merope Jezabel, cruentô ſangvinis profluvio zelum ELIÆ extingvere conata, ſed vano eluſa faſtu, pro impia temeritate in eſcam rabidis molle corpus præbuit molollis. Inane pondus terræ Jezabel, rapaces ELIÆ injeciſti manus, ecce canino raptaris ungve & dentibus, numeroſas contra *Empyreum* ELIAM ordinâſti turbas, en cerberi faucibus tereris, ſufficiens tota æternitate pabulum ejus perſiſtendo, O labilem Jezabel firmitatem! quæ *Empyreum* ELIAM infeſtans, caniculari ferociæ reſiſtere ignoravit, nec acria oppoſuit tela. Narrabit poſteritas ſæculis admiranda Prophetœ merita, publicabit perennis Fama inſuperabilem Alcidœ ELIÆ magnitudinem, laudabunt herculea prœſtantiſſimi Hectores opera ELIÆ, quœ adverſa nunquã valuerunt invalidare anfracta. *Empyreum* ELIAS fatuos hoſtiũ ignes, & fatales enſe ignito diſſolvit cometas Fulſerat olim diebus ſeptem ſtella ſuper Horizonte. Romano crinita, infauſtos bellorũ caſus, denuntiando Quiritibus. *Empyreum* ELIAS non ſeptem dierum ſpatio, ſed bis mille & quingentis; pergrata luce Orbi Chriſtiano affulget añis, feliciſſimos ſine omine malo exponendo eventus. Injecerat quondam Heleſponto vincula Xerxes, ELIAS non dextrâ, ſed palliô, Jordanis undas in binas diviſerat partes, ſecurum Prophetis vadum demõſtrando. Affabilis apparuit ELIAS, DEUM colenti populo, terribilis Divini Honoris contemptoribus, videbatur. Riſêre placido vultu Cæli, dum *Empyreum* ELIAS indies virtutum ſuavem redolebat ambroſiã, vel placidam in zeloſa contemplatione cauſabat

sabat malaciam. *Empyreum* ELIAS violenta adversitate insuperabilis, vanâ non flexibilis voluptate, mundi cõmoditate incorruptibilis, ita in corpore vixerat humano, ut nihil præter nõen haberet humanũ. Firmissimæ similis petræ steterat in terris ELIAS, quã nec frequens Achab & Ochoziæ rabies, nec frementia idolorũ murmura, nec seditiosi Jezabel tumultꝰ, de immotis cõmovêre fundamentis. Fortis inquã petra ELIAS, à qua honorificæ in Cælicolarũ heccatõben prosiliêre flãmæ, non Aras, sed haras falsorũ cõburentes deorũ. Quidquid crudelis sæviit Achab in ELIAM cũ Ochozia, hoc statim frustrato impetu hebescebat, & imperterritũ mirabatur victorẽ ELIAM. ELIAS sacræ Colũen Ecclesiæ, Lumen Religionis, Fidei præsidiũ ensis idololatrarũ, immortalis famæ Colossus, & primus Athletarũ pro DEO certantium Coryphæus. Unus equidem vixit ELIAS, sed omnibus omnia à DEO impetravit. Extollit voce sonora beneficentiã Elisæi leprosus Naaman in virtute ELIÆ bonæ restitutus valetudini. Gemuit non parvo tempore leprâ infectus Naaman, non homo, sed viva mortis imago dolore pressus cernebatur. Luxit quotidie spe anxia gravatus, & quovis subsidio destitutus Naaman, levamen aliquod implorando. *Empyreum* ELIAS singultus & lachrymabilem ululatũ, mutavit patienti Naaman in lætitiam, nè ergo infirmus Naaman salubri careret remedio, manibus Elisæi successoris ELIÆ in Jordane mundatur, & ipsis purior lymphis evadit, luce *Empyrei* & Jordaneo latice, se purificatum agnoscendo. Non reticet liberalitatem ELIÆ vidua sarephtana de cujus munere, sine diminutiva alimenti quantitate, tempora'ẽ sustentaverat vitam. Copiosior de manu Prophetæ augmentabatur annona, quám ex Amaltheæ cornu Diis cum nectare cibus. Cumulati Cereris acervi, nunquam Elianæ largitioni adæquârunt.. Tanta fertilitas providente ELIA vacuam replebat hydriã, ut quò sapidius muneratæ cõsumebantur fruges, eò numerosior creverat abundantia. Perpendite erudita

AA ingenia Elianā cum probitate bonitatē, cum bonitatē clementiā, cum clementia laudandā probitatē, et favorem. Nullus magnificentior inter hōines surrexerat ELIA, ille ex utroq;bonꝰ ex utroq liberalis dicitur munerator. DEUM ideò venerandum ELIÆ explicat Nōen, ut conijciat orbis, ELIAM Divino nutu, ōnia posse. Placuit summopere virtutibus & meritis Increatæ ELIAS Sapientiæ, placuit adeo mentis candore & cordis puritate, ut nullibi placidior Rerum æterno Moderatori DEO adinveniretur possessio, quā super *Empyreo* ELIA, lumine Sanctitatis resplendente. Eloquere ulteriora ELIÆ præconia Fama, pleno ore eloquere! terminum Benefacta ELIÆ non habent, nec syllabo brevi concluduntur. *Empyreum* ELIAS sacrato repletum splendore, si oratoria defuerint lumina, radios subministrabit eruditos, & tenebras discutiet ignorantiæ. Alit eloquentiam subcinericius ELIÆ panis, & nè loquentia ora inediā macerentur, dulcis in Eliano pane refectio præparatur. Neminē sufficienter deauratæ Luculli satiârunt buccellæ sed famelicam causabant esuriē, divites Vitellii mensæ, famē potius non alimenta dabant, lauta Heliogabali convivia convitia palatis accersuêre, non satietatē. Panis Elianus tanta dulcedine gustantia condiverat, labia, ut nunquā alieno saturari appeterent cibo. Panis inquā Prophetæ; mysticā figurabat Novæ Legis hominū portionē. Jejunus cum anima desinit esse animus, ubi Elianæ instituuntur dapes. Tādem à rotunda Panis Eliani figura, sphæricus Astrologiæ orbis ad stellatū cū periodica verborum gradatione volvitur Olympū. Exstruxerat Cosdroæ fastus mobiles humi Cælorū Sphæras, verū inanis ille manuū labor; labilem ruinā indicavit. Carmelus Pars contermina polis, Soliū ELIÆ trino sidere insignitū, tādiu immotū subsistet, quādiu cælestia clarebunt luminaria. Tranquillior nullibi ELIÆ fuerat vita, quàm intra Carmeli culmina, nullibi commodior apparuit quies, quā inter excavatas Montis stellati cellulas. Suxit ELIAS in Carmelo mel carū charitatis, collegit suaveolentia

ex

ex colle herbifero thymiamata, quibus Divinã ita placabat Majestatẽ, ut, quidquid Prophetico exoraverat ore; illico cunctorum compos maneret votorũ. Subtilis Divinæ Bonitatis Scrutator quò altiùs Carmeli ascendit fastigia, eò profundiùs Unius DEI Attributa intellexit. Roridã ELIAS in Cármelo adverterat nubem, quæ Acherontis Domitricẽ Immaculatã denuntiabat MARIAM. In Carmelo Coronã gloriæ promeruit, et inde infinitæ Æternitatis felix possessor approbandus. Exstructa ceu manibus ELIÆ elaborata sancta pro Divino Honore Ædes Samnion, Sion viventi Cherubim in terris inflexit ELIÆ. Porro Cármelus ille amænitatis locus, quẽ Motrices Cælorũ sic dilexerunt Intelligentiæ, ut illi longè majori studio, quàm mobili primo adstare niterentur. Pridem Canariæ amarescunt insulæ. solus nonnisi Carmelus, melleos reprœsentat favos, dulci alimoniâ rationalẽ animam delectantes. Privatur decoris Hybla cum Hymetto floribus, in Carmelo sine spinis purpureæ pullulant rosæ, absq; calametis lilia crescunt, sine urticis odoriferæ erumpunt violæ, mirabilem juvante *Empyreo* spargentes ambrosiam. Procul a Carmelo damnosa Seryphos, morbidi Vejoves, & insolentes Vatinii, Carmelus acsi *Empyreũ* intaminatos fovet Angelos, animasq; continet sine labe. Spirant de Carmelo, tanquã de Elisiis Campis cælestes cũ Zephyro Ethesiæ, gelidũ cũ Aquilone conterentes austrũ. Allexit Carmeli decor, ad elegantissimã Elisæũ vitæ Regulã, cui tantũ fidelissimus acquievit Athleta, quantũ piissima Antesignani poscebat rectitudo. Unanimi ferè instructus spiritu, magnanimus invicti Hectoris ELIÆ cómes zelabat pro DEO Elisæus, eã Ductoris sui verus Imitator cucurrit viã, ut neq; tenuissimo palmo, palmaris Heros, ab optimo Patriarchæ recesserit instituto. Sedulò gloriosã admirabatur *Micheas Empyrei* ELIÆ eminentiã, quã ut reverentiùs trutinare posset, continuus splendescenti Carmelo adhæsit Contemplator. Impenetrabilia *Empyrei* arcana, cum timore meditabatur *Abdias*, & nè deliciosa tanti

Cæli frustraretur luce, immutabilis in Carmelo virtutum cultor, fluentes vitæ peregit annos. Non miremini AA. vivum ELIAM ex Carmelo ad voluptatis migrasse paradisũ. *Empyreũ* ELIAS fatalibꝰ nequit ecclipsari ũbris *Empyreũ* incessanter serenũ & tota æternitate manebit Lucidissimum. *Empyreum* ELIAS, deplorando Antichristi tempore, vacillantẽ in Fide corroborabit gentẽ, timidum confirmabit populũ, mæstos solabitur, & de *Empyrei* Solio venturũ Judicẽ publicabit CHRISTUM. Totam seductor gentium contra *Empyreum* ELIAM suscitabit Vulcaniã Antichristus; jacula manu Steropum cudet, & fulminea tormenta aggregabit. Sed *Empyreo* ELIÆ, nec rigidæ Eumenidũ nocebunt minæ nec horrida Vulcani terrores incutient insignia. Minimè Stygius *Empyreum* ELIAM formidabit magus, subitò enim hæc larva Averni, more basylisci, fraude suaperibit. Labetur crudele nefas ingne *Empyrei* combustum, eritq; infinita, in miserabili busto tartarici consumptio Antichristi. Sentiet ELIAS Divinissimus infaustam Corporis beatifici jacturam, non quia sangvinolentas posset evitare cicatricers, sed quia alacer pro Rege dolorũ Christo obitus, immortalem prophetæ vitam & solenẽ indefesso Atlanti ELIÆ præstabit triumphum. Jterum a tristi occasus Eliani alteratione, seu à dolenda cum fatis altercatione ad splendidissima Carmeli sidera fidos convertam frontis ministros. Resplendent sub *Empyreo* ELIA, primæ magnitudinis sidera summi in Ecclesia Pontifices, *Clemens, Telesphorus, Dionisius, Sylverius Zacharias et Benedictus* v, maximum orbi Christiano & Religioni solatium afferentes. Adornant Carmelum, ut crystallina periphæria Cælos, candore virtutum, Rotæ Cardinalitiæ Viri, *Bernardus de Roma, Bernardus Aureoli, Philippus de, Ferrario Ioannes Brixillotus, Desiderius a S. Martino, Annibaldus*, & præsentis ævi prudentia ac probitate clarus; Sanctiss: *Clementis* XII felicissime Jmperantis proximã consangvinitatis lineam attingens *Corsinus*. Renitent gemmæ Sanctitatis, Ecclesiarum Patriarchæ Catho-

Ca-

licarum, Alexándrinæ D. *Cyrillus Alex:* Antiochenæ *SS. Serapion, Meletius & Gerardus*, Hierosolymitanæ, *D. Cyrillus Hierosi:* *Ioannes* 44 acerrimus Immaculatæ Conceptionis B-V-M- Defensor. Enumeranda venit Archiepiscoporum, Episcoporum multitudo, sed maximā; brevis pagina Nominum quia non cõprehenderet seriẽ nec oratorius in enarrando sufficeret sermo, modesto involvuntur verborum silentio. Jllustrant magnis Ingeniis Carmelum, eximij *DD. Gvido de Perpiniano, Thomas Valdensis Ioannes de Baccone* Sacrorum Interpres Canonum, et nobilissimus sua ærate Theologorum Princeps. Fulciunt Theologiam eruditis argumentis *Zagaglia; Bonaspes Dyonisius Blasco, Elisæus Garcia* & trecenti alij. Tingunt Carmelum diffuso è Corporibus Ærithreo tyrannica Saracænorum cæde læsi centum quadraginta (ut Bellarminus refert) millia Martyrum. Protegit sidereum manibus Olympum *Angelus Martyr*, quem; nisi corporeus fuisset, minimè districta Persarum jacula tetigissent. Firma Ecclesiæ basis *Anastasius* stabit armatus contra feroces Carmeli Encelados et Therones. Assistit *Empyreo* ELIÆ prænobile Confessorum Agmen *Albertus Drepatensis. Simon, Stanislaus Polonus, Andreas Corsinus, Joánnes a Cruce, Avertanus*, millenaq; Beatorum Nomina decus & ornamentum Carmelo inferentia. Applaudit *Empyreo* candidus Virginitátis chorus Sanctior *Euphrasia, Seraphica ordinis prophetici Filia & Mater Theressia*- Irradiat Carmelum Radius Sanctitatis ceu immutabilis luce sacratâ Phebe *Magdalena de Pazzis* Nondũ inclyti protoparentis ELIÆ Filii, vestrã silebo gloriã. Edisserã quòd justa ratio suadet, & quod sancta cũ virtutibus merita proponunt, publicabo Vivitis probissimi in Carmelo Lucetij, radiis Sapientiæ Orbi Universo allucentes. Triangulare Cor vestrũ ita Seraphinorũ ardet amore repletum, ut nihil præter inexháustam scrutetur *Bonitatem*, nil præter Reginam Angelorũ contempletur MARIAM. Eadem fere vobis quæ Angelis

ineſt proprietas. Exultant Angeli intra *Empyrei* Majeſtatē, *Empyreū* ELIAS; candidi quoq; Carmelitæ Angeli nominantur. Quilibet in Carmelo *Empyrei* hæres, quilibet Cæleſtis Coronæ Candidatus & æviternæ conſolationis particeps appellatur. Inſuper Eliana propago cælicolarū muneratа favore diſſolutā Libertinorū odit vitā, Angelicæ dedita contēplationi, Divina nonniſi indiget abundare gratiâ, fallacia verò mundi illicia, aut māmonā tanti æſtimat, quantū aranea valet. Prophetico Eliani Aſcetæ repleti entheo, ſpirant ſalubres auribus & oribus Chriſtianorū Enthuſiaſmos, efficacia contra peſtē animæ remedia afferentes. Ulterius in veſtra encomia tenderet animus RR:PP: niſi verba oris, *Mariana* abbreviaret Celſitudo, Sufficit Vobis ad honorē & gloriā, quia *Mariæ de Monte Carmelo FF*: appellamini. Quid laudabilius & quid majus eſſe poteſt qvā *Matris* DEI & Angelorū *Reginæ* Fraterna lætari amicitiâ. Non amplius elogiis ſeb votis certabo Vobiſcum RR: PP: Aduſq. Angelice Carmeli Ordo, fortunatos ſub *Empyreo* ELIA experiare dies, aduſq; aureas ſæculorū numera horas, quouſq; curret per æthera Phæbus, et aſtriferū perennabit *Firmamentū*. Tuā modo Sacerrime Patriarcha & Fundator; imbellis Adorator in meta dictionis alloquitur majeſtatē. Ignoſce ſi nondū bene Tulliorum dulcorata alimoniâ, a Tuis aliquantúm aberraverit laudibus lingva. Majora enim ex Probitate & meritis Nomini Tuo accreſcunt præconia, quā de florido Hortenſiorum ſermone. Ultimum ergò dicendi terminū inſulſa oris attingit elegantia. Parce Proheta Diviniſſime, nec ejus culpes imperitiam. *Empyreum* es omni favore, & clementiâ plenum. *Empyreum* inquā fatales lumine Sanctitatis diſpellens Ecclypſes. Illumina gentem Chriſtianam luce ſacra, exhilara orbē Lechicum ſereno jubare, extingve furenmatis ſyrij ardores, exhibe fortunatā diebus & annis malaciā, & ſic vivæ vocis oraculo juſtè publicaberis

EMPYREUM ELIAS